



1. Rous / Joh. Reinh. / diff. de serpente se-  
ductore non naturali sed solo simbolo  
iend 1712.
2. — diff. de vario Mosi in Montem Sinai  
ascensu iend 1716.
3. — diff. de judaea rebus gestis et  
miraculis Christi clara iend 1733.
4. — diff. de veris Petatoris Jesu Christi  
requisitis iend 1733.
5. Rurmeyer / Mich. Christ. / diff. de Aaron  
ne, viro sancto, tribus Levi, typo  
Christi, Gryphid. 1738.
6. Souerbreij / Joh. / diff. de Deo uno et  
trino 1648.
7. Schackeri / J. J. / diff. de septem Spiritibus  
a Joh. Theologo celebratis  
Lypsd. 1736.
8. Schelguizy / Sam. / diff. de dono fidei  
justificantis, 1739.

4. 28 31  
Q. D. B. V.

DISPVTATIO THEOLOGICA

DE

PRINCIPE

P E R S A R V M

GABRIELI RESISTENTE,

OCCASIONE ORACVLI DAN. CAP. X, 13.

QVAM

PRAESIDE

GEORGIO FRIDERICO  
SCHROEERO,

THEOL. DOCT. EIVSD. PROF. PVBL. ORD.  
ET ALVMNORVM REGIO-ELECTORALIVM  
EPHORO,

DOMINO PRAECEPTORE OMNI ANIMI CVLTV  
DEVENERANDO,

POTESTATEM THEOLOGIAM PRIVATIM

DOCENDI IMPETRATVRVS,

CVM ERVDITIS COMMVNICARE  
VOLVIT

AVTOR - RESPONDENS

JO. DANIEL TREMPENAV,

ARTIVM LIBERALIVM MAGISTER.

VITEMB. D. XXIV. MART. MDCCXXIX.

---

VITEMBERGAE

LITTERIS GAEBERTIAE VIDVAE.

DISPUTATIO THEOLOGICA  
PRINCIPES  
P E R S A R V M  
GABRIELI RESISTENTE  
GEOORGIO TRIDERICO  
GEOORGIO TRIDERICO  
POTESTATEM THEOLOGICAM PRIVATIM  
JO DANIEL FREMPENAV  
LITTEAE ABBENDIAE VAHAE





## PROE MIVM DISPVTATIONIS.

**C**Um facultatem Theologiam priuatim docendi a SVM. *Occasus institui.*  
ME VENERANDO THEOLOGORVM ORDINE impetraturus ex receptis eum in finem legibus, dissertationem habere debeam, de idoneo maxime argumento fui sollicitus. Peropportune autem mihi occurrit sanctissimi Vatis Danielis, Caput decimum, in cuius commate decimo tertio commemoratur, eum, qui diuino huic viro in visione apparuit, questum esse, principem regni Persarum per viginti & vnum dies ipsi restitisse. Quod oraculum, uti singulare prorsus habetur, ita dignum mihi visum est, quod disputationis meae argumentum seligerem, adeoque peculiari de PRINCIPLE PERSARVM GABRIELI RESISTENTE commentatione pertractarem. Hoc itaque institutum, ex clarissimi DN. PARENTIS mei voluntate, rite perfecturus, in eo aliquamdiu totus fui, ut, quicquid demum ad nobilissimam hanc materiam exhauriendam pertinere est visum, studiose conquisuerim, conquisitumque in duo omnino capita, Prooemium et Tractationem, hanc vero in quatuor porissimum Sectiones, Exegeticam, Dogmaticam, Polemicam & Moralem, distincte ordinateque distribuierim. Hinc quoniam amplius longiusque praeter opinionem enarum est Scriptum, quam quod totum nunc, urgente abitu meum venerandi PARENTIS voluntate, censurae subiectum typis excudi possit, duas tantummodo sectiones, inde contractas, Exegeticam et Dogmaticam, breui hac dissertatiuncula complecti, et integrae commentationis editione ad aliud tempus dilata, publice exponere constitui.

*Partitio disputationis.*

Faxit DEVS feliciter.

*Votum.*

A

SECTIO

## SECTIO I. EXEGETICA.

## §. I.

Oraculum  
Danielis  
in Textu  
hebraico,

וְשָׂר מַלְכוּת פָּרַס עִמָּךְ לְקָדְרִי עֲשֵׂרִים וְאַחַד יוֹמֵי  
מִיְבֹאֵל אַחַד הַשָּׂרִים הָרִאשֹׁנִים בָּהּ לְעֹרְגִי יָאֵנִי כֹתֶרְתִּי  
שָׂר אֶצֶל מַלְכֵי פָּרַס:

graeco,

Καὶ ὁ ἄρχων βασιλείας Περσῶν εἰσηκεὶ ἐξεναντίας με ὅμοσι ἢ μίαν  
ἡμέραν· Καὶ ἰδὼν Μιχαὴλ εἰς τῶν ἀρχόντων ἦλθε βοηθῆσαι μοι,  
καὶ αὐτὸν κατέλιπον ἐκεῖ μετὰ τῷ ἄρχοντος βασιλείας Περσῶν.

latino, co-  
que

Ben. A-  
riae Mon-  
tani

β) Seb.  
Schmidii.

Et princeps regni Persidis stans (stetit) contra me viginti &  
vno die, (diebus) & ecce Michael vnus principum primo-  
rum (e principibus primis) venit ad auxiliandum mihi: & ego  
remanſi apud reges Paras (regem Persarum.)

Sed princeps regni Persiae stans (fuit) contra me viginti & vno  
diebus: Ecce vero, Michael vnus principum primorum venit  
ad iuuandum me: sic ego relictus sum ibi apud reges Persiae.

germanico  
Lutheri.

Der Fürst des Königreichs in Persienland, hat mir ein und  
zwanzig Tage widerstanden, und siehe Michael, der vornehm-  
sten Fürsten einer, kam mir zu Hülffe, da behielt ich den Sieg bey den  
Königen in Persen.

## §. II.

Singula-  
rum vo-  
cum scruti-  
nium, XIV.  
observati-  
onibus tra-  
ditum.  
de necessi-  
tate rectae  
interpre-  
tationis;  
speciatim  
oraculi  
Danielis.

Obf. 1. Magni interesse, vt diuinus codex recte intelligatur,  
& mens Dei, quae sit, accurate enucleetur, quis dubitauerit?  
Nam sine accurata interpretatione fieri non potest, vt mens spi-  
ritus S. recte percipiatur. Quod igitur ad oraculum Danielis,  
cuius interpretationem B. C. D. aggredimur, attinet, illud certe,  
vel ob res & locutiones in sacro codice alias vix obuias, inuesti-  
gatione est dignissimum. Quemadmodum enim multa in Danielis  
leguntur libro, quae Interpretes, vt inter alios libere etiam SANCTI-  
VS edixit, defatigarunt, ita & huius Oraculi exacta disquisitio, si  
sensum genuinum exhaurire velis, non sine precibus & labore ag-  
gredienda est. Quamuis vero difficultate non careat, scrutini-  
um tamen vocum singularum hanc omnem potest remoue-  
re.

re. Nota itaque philologica prima instituenda erit circa vocem  
 וְשַׁר

Obf. 2. וְשַׁר *Sed princeps* dedit SEB. SCHMIDIUS, cuius lite- *De vocis*  
 ra extrasentialis est praefixa וְ quae pro varietate contextus at- *vesar*  
 que exigentia varias quoque habet significaciones, de quibus con- *praefixo*  
 ferantur CALOVIVS (a) & GLASSIVS. (b) ARIAS MONTANVS *vau.*  
 vertit per *et*. Nos vero cum LVTHERO & SCHMIDIO faci-  
 mus, ac notionem coniunctionis aduersatiuae *Sed, aber* retinemus.

Obf. 3. שַׁר *princeps* significat illum, penes quem potentia *De voce Sar*  
 est atque potestas, vt pro auctoritate sua & iurisdictione aliis sibi  
 subiectis possit imperare. Quae vocis significatio est Num. XXII.  
 15. Et tribuitur plerumque istis, qui regibus sunt inferiores. Tri-  
 buitur etiam angelis, tam bonis, quam malis. Malus genius h. l.  
 intelligitur. Alibi nempe Ioh. XII. 31. vocatur princeps mundi,  
 in oraculo vero nostro princeps Persarum, seu

Obf. 4. מַלְכוּת פֶּרַס *regni Persiae*. Quale illud regnum *de nomine*  
 fit, euidenter sequens vox indicat. *malchuth.*

Obf. 5. פֶּרַס *Persa*, siue *Persis*, quae hic Asiae regionem de- *de nomine*  
 signat orientalem, de qua vid. BOCHARTVS (a) pariter ac CEL- *Paras*  
 LARIVS. (b)

Obf. 6. עָמַר לְקָגְרִי *stetit coram me*, vertit IUNIUS TREMEL- *De verbis*  
 LIVS. CASTELLIO *mibi contra stetit*. Radix est עָמַר *stetit*, item *omed le-*  
*obstitit* Dan. XI. 13. Ideo valde magnam & notabilem protrusio- *naeghdi*,  
 nem significare iudicat ALBERTVS. (a) Vehemens erat oppositio *quae ma-*  
 gentium, qua se-Israelitis opponebant, licet victoriam non de- *gnam res-*  
 portarent Ios. XXIII. 9. Ita עָמַר & hoc loco simul perinuitum in- *sistentiam*  
 uoluit recessum atque regressum. LXX. dederunt *indicant.*  
 tamen gaudet significatu propter vocem immediate subsequentem.

Obf. 7. לְקָגְרִי *coram me*. קָגַר absolute positum significat, *de voce le-*  
 A 2 *co-*  
 naeghdi

Obf. 2. (a) ABR. CALOVIVS in Diff. de mirabili cum Filio Dei Jacobi Iu-  
 sta. Sect. I. p. 8. & 9.

(b) SAL. GLASSIVS in Philol. S. L. IV. Tract. I. Obf. VII. p. 687. seqq.

Obf. 5. (a) SAM. BOCHARTVS in Geogr. Sacr. P. I. L. IV. C. X. f. 257. seq.

(b) CHR. CELLARIVS in Geogr. Antiq. C. XXIII. p. 223.

Obf. 6. (a) PAVL. MART. ALBERTVS in Porta ling. Sanct. p. 948.

*praefixum  
eius est con-  
significati-  
uum.*

*coram* Iof. VIII. 35. *contra* 1. Reg. XXI, 10. *e regione* 1. Reg. XX. 27. Praefixum huius vocis est ה conſignificatiuum, certam voci ſignificationem ſuperaddens. Quandoque enim ſignificatio ſolius ה est *coram* & *contra* Ier. XXVI. 6. 2. Sam. XXI. 7. Quare, quia מִיָּמִינֵי ſine praefixo ה *coram* vel *contra* me, ſignificat, cum praefixo non inepte vertitur, valde *contra* me ſtans, vel e regione mei, vel in conſpectu mei, ſicuti exercitus e regione alterius ad fugandum hoſtem opprimendumue, caſtra poſuit. Tali animo feruido ac impetuoſo obſtitit huic angelo עֲשִׂירֵי וְאַתְּרֵי יוֹם viginti & vno diebus.

*de particu-  
la vehin-  
neh & ecce.*

Obſ. 8. הֵן וְהֵן & ecce. Quod aduerbium nequaquam otioſe & explendi gratia (a) poſitum, ſed nota eſt tam demonſtrationis, dum angelus digito quaſi virum iſtum, qui ei auxiliatus eſt, commonſtrat, quam aſſeuerationis, qua angelus certitudinem pugnae, & rigorem nonnullos per dies durantem Danieli pro certo affirmavit, ideo addit, quod in auxilium ei venerit Michael.

*de nomine  
Michael.  
quis ſicut  
Deus?*

Obſ. 9. מִיכָאֵל *Michael*. Quo de nomine composito obſeruat Maſora, duo eſſe מֵל profana, i. e. quae non ſignificant Deum, vt 1. Paral. xx, 8. & Ezech. xxxi, 11. vbi Nebucadnezar vocatur מֵל יוֹם fortiffimus gentium. Oritur haec vox ex מֵל fortitudine. Inde fit, vt a fortitudine & infinita poteſtate Deus fortis tranſferatur. Ita nominatur Ef. x, 21. מֵל גִּבּוֹר *Deus fortis*. Praeter hunc ſignificatum addit ALBERTVS, (a) quod ſit percuffio Dei, vel Deus percutiens. Vtrumque vere huic conuenit Michaeli Angelo increato, quis enim ſicut Deus, nempe fortis? Primo ei competit hoc nomen κατ' ἐξοχήν, Dan. x, 21. xii, 1. Apoc. xii, 7. Secundo eſt Deo aequalis quoad eſſentiam & attributa. Tertio hoſtes ſuos percuffit. De quibus omnibus conf. CALCVIVS (b) & GEIERVS (c)

Obſ. 10.

Obſ. 8. (a) Vid. SAL. GLASSI Philol. S. L. III. tract. v. cap. xv. p. 466.

Obſ. 9. (a) PAUL. MART. ALBERTVS in Porta ling. S. p. 716.

(b) ABR. CALOVIUS in Diff. de pugna Michaelis & Draconis §. XI.

xxviii. ſeqq.

(c) MART. GEIERVS in Praelect. Acad. in Proph. Daniellem p. 801.



Obf. 10. **אחד השרי** **הראשון** primus principum primariorum. Vocem quod attinet **אחד** hic numerus est ordinalis. LXX. *etc.* LUTHERVS *einer*, ARIAS MONTANVS & SCHMIDIUS vnus, sed IVNIVS TREMELLIVS dedit *primus*. Quae autem vox, quod hanc admittat significationem, dicit quoque BVXTORFIVS (a) locum citans Efr. V. 13. quod etiam SCHMIDIUS (b) dedit: in anno primo Cyri. SCHINDLERVS (c) prouocans ad dictum Num. XXIX. 1. in primo mensis die &c. SCHMIDIUS in Bibl. lat. Gen. I. 5. *dies primus*. IVNIVS TREMELLIVS in Bibl. lat. Efr. I. 1. in anno primo Cyri, & Job. XLII. 14. *quarum primae indidit nomen Geminae*. Ita & hoc loco non male vertitur primus. *Quantus significatio b. 1.* *Proph. p. 804. appellatur vnus principum primariorum, b. e. aliquis est primus.* princeps praecipuus, velut eadem haec phrasis occurrit Pf. LXXXII. 7. Gen. XXII. 2. II. Sam. VI. 20. Nam hic Michael non solum vnus angelorum primariorum, fed etiam primus est inter primarios, atque, quoniam est vnicus ac summus angelorum dux, vt postea videbimus, omnium primariorum praecipuus. Primus igitur est ratione temporis, primus, ratione ordinis, & denique primus, ratione dignitatis atque eminentiae.

Obf. II. **בא לעזרני** CASTELLIONIS iuxta translationem, *de verbis* *mibi suppetias venit.* LUTHERVS *Kam mir zu hülfte*, SCHMIDIUS *venit* *ad iuuandum me*, IVNIVS TREMELLIVS, *venisset ad adiuuandum me.* Verum nos facimus cum iis, qui primo loco positi sunt. Nam angelus vna serie in Praeterito recenset: angelus malus mihi reficit, & Michael, Filius Dei, quem tu Daniel praesentem mihi vides, venit *ba leofreni, figuratim de verbo ba.*

Obf. 12. **לעזרני** *ad adiuuandum me.* Pari modo reperitur I. Chron. XII. 17. vbi valentes robore venerunt ad adiuuandum Dauidem. *de voce leofreni* Pf. CXIX. 173. *adse manus tua Iebous לעזרני ad auxiliandum mihi.* Sine emphasi & hic non est assumenda vox **לעזרני** Michael enim *tam*

A 3

Obf. 10 (a) JO. BVXTORFIVS in Lexic. Hebr. & Chald. p. 15.  
 (b) SEB. SCHMIDIUS in Bibl. lat.  
 (c) VAL. SCHINDLERVS in Lexic. Pentagl. f. 53.

tam vehementer & efficaciter ad adiuuandum Gabrielem venit, ut eius opera ab hoste suo relictus fuerit Gabriel.

de verbo  
notharti.

Obs. 13. **נִוְהָרָה** ARIAS MONTANVS *remans*, SCHMIDIVS *relictus sum*. Cum enim Princeps principum, principem Persarum deuicerat, Gabriel a Michaele tanquam in palaestra viribus superior & consiliis praeualens relictus est.

de nomine  
malche  
quod deno-  
tat regem.

Obs. 14. **מַלְכֵי** *reges*. Quo nomine, secundum significationem famosam appellantur homines, penes quos ius est imperandi, qualis erat Pharao, Gen. XIV, 1, 18. Nebucadnezar, Dan. II, 37. LXX. translatio est τῶ ἀρχόντων βασιλείας. Saepè loco **מַלְכֵי** apud eosdem legitur ἀρχων, et vel verum Deum, Num. XXIII, 21. vel hominem, Dei creaturam, subintelligunt, ut Gen. XLIX, 20. Deut. XVII. 14, 15. LUTHERVS vertit **מַלְכֵי** *bey den Königen*, & intelligit sine dubio Cyrum, minime vero simul reliquos Cyrum in imperio sequutos excludit, quos vi vocis **מַלְכֵי** merito admittendos esse, iudico. Quales fuerunt Cambyfes & Ahafuerus, siue Darius Hyftapis. (a) Apud quos reges sibi inuicem succedentes relictus est angelus Gabriel a Michaele, ut causam Iudaeorum porro apud hos reges **פַּרְס** Persiae, de quo in Obs. §. egimus, promoueret.

### §. III.

Declaratio  
sensus lite-  
ralis e scrui-  
tinio vo-  
cum singu-  
larum re-  
sultans. A

Sensus ergo literalis oraculi nostri, ex iis, quae hactenus diximus, paraphrasi quadam delineandus, talis erit: *sed dixit Gabriel, princeps regni Persiae, angelus malus, qui in impiis istius regni operosus erat, stetit contra me, ad fugandum me, qui a Filio Dei ad causam Iudaeorum promouendam missus, uno & viginti diebus. Et ecce, ob vehementem resistentiam principis Persarum, Michael primus principum primariorum, Dei Filius, verus Deus & verus homo, tum temporis adhuc incarnandus, venit ἀνθροπωπαθῶς, ad iuuandum in aggrediendo, depellendo & prostercendo diabolo, me, qui solus diabolum fugare, & salutem, ut debui, Israelitarum promouere non potui. Postquam vero princeps Persa-*

Obs. 14. (a) Vid. MATTH. HILLERI Zeit-Register p. 190. vbi commemorat templum sub vltimi huius regis imperio extructum esse. Id quod v. 24. C. iv. Efr. confirmat. Quocum conf. Cap. vi.

Perfarum verbo Filii Dei prostratus fuit, *ego relictus sum* ad populum Iudaicum defendendum, & rem illorum eo redigendam *apud reges Persiae*, vt in bono eos animo seruarem erga Iudaeos, *Cyrum* nempe, eiusque successores, vt tempore a Deo confuturo populum Iudaicum e captiuitate dimitterent.

Hac sectione finita, fiet, vt eo feliciter pertractetur

## SECTIO II. DOGMATICA.

### §. I.

**C**um itaque, Oraculum Danielis exegetice, interprete Scriptura S. contemplati simus, aperte contra Pontificios inprimis docemus: principem Perfarum esse angelum malum. *Princeps Perfarum fuit angelus malus, id quod contra Pontificios probatur,* Primum argumentum ad confirmandam sententiam nostram suppeditat doctrina de angelis. Nam neque lites, neque dissensiones inter angelos bonos esse ac existere posse, omnes, etiam genuini affirmant Theologi; Alterum argumentum: omnes angeli sunt Filii Dei, qui nihil contra, sed omnia secundum Dei voluntatem exequentur: Verum hic princeps Perfarum non solum vehementer alteri angelo restitit (a) sed etiam huius principis repugnancia aduersus ipsam diuini Numinis voluntatem erat, (b) necessario inde sequitur, vt princeps Perfarum non sit angelus bonus. Quis igitur est qui angelo bono reluctari potest? neutiquam Cyrus. Ratio prima est, quod nullibi rex Perfarum in libro Scripturae princeps Persiae vocetur. (c) Secunda, quod Cyrus iam concesserat, (d) vt reditus in patriam fieret, ergo non necesse erat,

vt

(a) MART. LV THERVS in Versione sua dicit: *Aber der Fürst des Königreichs in Persienland hat mir ein und zwanzig Tage widerstanden.* Et v. 21. *Jetzt will ich wieder hin, und mit dem Fürsten in Persienland streiten.*

(b) *Quia sic dixit Jehovab: omnino, quum impleti fuerint Babeli septuaginta anni, & stabilitam super vobis verbum meum bonum, vt reducam vos ad locum hunc.* Jer. xxxix, 10. sed princeps Perfarum, vt dein patebit, ne voluntas Domini fieret, omnem mouebat lapidem.

(c) Vid. Dissert. nostr. Sect. I. §. II. Obf. 3.

(d) Efr. vi, 3. *in anno primo Cyri regis, Cyrus rex disposuit decretum: (quantum ad) domum Dei in Hierosolyma, domus aedificetur, &c.* Conf. 2. Chron. xxxvii, 22, 23.

vt cum Cyro tamdiu pugnaret. Tertia denique ratio, quia homini, siue rex sit, siue subditus, tanta virtus non est, vt angelò, & quidem primario, refragetur, imò & illius vim adeo infringere possit, vt alterius ei opus sit auxilio. Neque Cyrum hoc fecisse, neque Cambysem hoc praestare potuisse, conuictum me profiteor. Haec itaque infallibilis oritur sententia, quod sit diabolus, interprete LVTHERO, *der Hofsteuffel*. (vid. eiusdem Randglossa, vt vulgo dicitur.) Ille est, qui & Deo, & angelis, & hominibus quouis modo reluctatur. Hic sanctissimo angelo, Numinis diuini mandata, atque ea, quae Israelitis salutaria curanti, quam maxime aduersabatur. Nobiscum faciunt e Nostratibus MEISNERVS (e) dicens: *Es fand sich ein Hofsteuffel und böser Geist, der den König eingenommen, und in seinem Netze hatte*, I. H. im Biblischen Real-Lexico (f) MISANDER, (g) WEIHENMAYERVS, (h) ROEBERVS, (i) WIGANDVS, (k) CHEMNITIVS, (l) DORSCHEVVS, (m) HOE, (n) PFEIFFERVS (o) *per principem*, inquit, *intelligitur cacodaemon Persis cum primis suis insidiis & seductionibus infestus*. ET ABR. CALOVIVS in Dissert. de pugna Michaelis & Draconis §. 27. sequentem in modum loquitur: *itaque שר פרס princeps Persarum malus quidam genius fuit, omni conatu id agens, vt impediret reditum populi, sacrique cultus restaurationem*. Atque ita explicant PROSPER in appendice Oper. de dimidio temporis C. IV. f. 191. RVPERTVS Lib. IX. de Vi-

quod confirmatur testimoniis doctorum

- (e) GODOFR. MEISNERVS in Heil. Propheten Daniel, p. 398.  
 (f) J. H. in Bibl. Real-Lexic. P. II. p. 1111.  
 (g) MISANDER in Deliciis Bibl. V. T. Qu. 747. p. 912. seqq. idem ADAMIDelic. Euangel. P. III. p. 1346.  
 (h) JO. HEINR. WEIHENMAYERVS in der geistl. Fest-Posaune, p. 1398.  
 (i) PAVL. ROEBERVS in auserlesenen Zeit-Predigten p. 396, 397.  
 (k) JO. WIGANDVS in Daniel. Proph. Explicatione p. 372. *cacterum principem Persarum, alii intelligunt Cambysem, impium atque sceleratum regem, qui patris decreta pro Judaeis nefarie retractabat; alii vero de cacodaemone. Non dubium est, diabolos in oculis impiorum esse, & impia, virulenta ac crudelia consilia instillare, praesertim aduersus ecclesiam Dei.*  
 (l) CHRIST. CHEMNITIVS in Diff. de Michaelis Arch-Angeli cum diabolo de corpore Moïsi certamine, Posit. IV.  
 (m) JO. GEORG. DORSCHEVVS in singlar. Angelicor. septenario. p. 30.  
 (n) MATTH. HOE in comm. in Apocal. L. IV. f. 429.  
 (o) AVG. PFEIFFERVS in dubiis vexatis S. S. Cent. IV. Loc. LXXI. p. 816.

Victor. Verb. CASSIANVS (p) Collat. VIII. C. XIII. *Quem principem regni Persarum, minime dubitandum est, inquit, aduersariam fuisse potestatem &c.* Cui etiam assentit PERERIVS in Comment. super Libr. Danielis, Lib. XII. f. 193. Quoniam autem ille malus genius in aula Persarum tum plurimum poterat, inde recte dicebatur princeps Persiae. Hac de re, praeter citatum SCHROEDERVM (q) apponimus verba RVPERTI Lib. IX. de Vi& Verb. vti apud PERERIVM lib. cit. f. 192. extant: *Siquidem mundi princeps diabolus a Domino dictus est: cum de toto constet, de partibus quis dubitet? Si totius mundi princeps diabolus, nonne consequenter partium mundi, scilicet Persarum atque Graecorum principes, malae potestates, maiori principi diabolo subministrantes, recte intelliguntur? Non enim Persae & Graeci Dei cultores erant, sed potius creaturae, quam creatori seruiebant: nec Deum, sed pro Deo daemionum colebant. Persae quidem solem, quem Apollinem dicebant: Graeci autem sub nomine, vel obtentu sapientiae suae Minervam: aliaeque gentes aliorum daemionum portenta: Gens vnaquaeque suum prae ceteris singularem. Omnes autem vniuersaliter sub nomine Iouis principem daemionum, principem mundi diabolum colebant, & huiusmodi malis spiritibus, coram simulacris suis se prosternebant. Ergo, quorum Dii fuerunt, multo magis principes eorum recte sunt oppollati. In oraculo nostro vnus quidem tantum fit mentio, sed valde venimus, ne plures voluntati diuinae se opposuerint. Vnius etenim positio, non statim est alterius negatio. Scriptura Sacra angelos malos tum superioris, tum inferioris ordinis esse, docet. Superior est, qui quosdam inferiores sub sua habet potestate, & dux illorum putatur, inde dicitur princeps daemioniorum. Verum quilibet, qui non iudicii expers, angelum in textu commemoratum superioris conditionis, seu ducem fuisse, existimat, ergo etiam concedit, quod applicanda nunc sit sententia haec: vbi dux, ibi*

B

ibi

(p) a BEN. PERERIO in Comm. in Dan. lib. XII. f. 192. adducti.

(q) JO. SCHROEDERVS in Daniele Refer. P. I. p. 479. ita nobis acclamat: *Denk nach können und wollen wir durch diesen Fürsten in Perlen-Land anders niemand versehen, als den leidigen Teuffel, den Hof-Teuffel, welcher ein Fürst in Persien genennet wird, nicht daß er von Gott über dasselbe Reich bestellt gewesen waere, oder daß ihm Gott dasselbe zu verwalten befohlen haette sondern darum, weil man ihm in Persien dienete und geborjun war, &c.*

*vbi ex loco  
parallelo  
appareat.*

ibi milites. Quis nunc non intelligit metonymicam loquutionem, vbi dux seu princeps Persarum ponitur, & milites, seu genitii ei subiecti simul intelliguntur? ita dicitur Apocal. XII. 7. *Michael & angeli eius pugnauerunt contra draconem, vbi angeli draconis non excluduntur, sicuti mox sequitur, Draco autem (etiam) pugnavit & angelii eius.* Et certum praeterea est, quemlibet a Diabolo tentari, si vero omnes istius regionis tentati sunt, hoc neutiquam vnus, nisi multipraesentis, sed plurium negotium est, multipraesentiam autem ne Diabolo attribuamus, probe est cauendum. Proh! quot erant ministri, qui mandatum regis inhibere studebant, quot existebant, qui non erant impedimento, nihilominus ad impediendum incitabantur. Dico, non solum regem, sed omnes regis ministros, imo omnes extra aulam, etiam Iudaeos, vel ad imperandum, vel consulendum, vel populum Israeliticum a vero veri Dei cultu reuocandum, vel etiam verum Deum relinquendum, a Diabolo incitatos fuisse. Res magni erat momenti, inde princeps Persarum cum suis genitiis, omnimode, ne angelus Dei, quod in negotiis haberet, expediret, sufflaminare cupide allaborabat. Nam ideo, inquit DORSCHÉVS, (r) *tanta pertinacia cum suis contra angelum praekonem Danielis, & reliquos sanctos Dei angelos pugnavit, vt diuturnitate exilii exiret paulatim ex animo hominum memoria desideratae hucusque patriae, & cum memoria patriae sincerus Dei cultus, adeoque soluerentur omnia pietatis vincula, quibus hucusque Deo inter squalidos exilii molestias adhaeserant; immo vt tandem impederetur id, quod vnum Iudaeos omnibus gentibus praetulit Messiae ortus.* Enimuero, vnde his malis genitiis tanta virtus, vt angelo Dei resistere, imo vno & viginti diebus potuerint? Hic porrimus Iudaeorum peccata, quae eos in captiuitatem deduxerant, peccata, quae in ipsa captiuitate perpetrauerant, & adhuc perpetrabant, vnde diabolus occasionem nactus, illos, ne dimitterentur, apud Deum accusandi. WOLFFG. FRANZIVS in Tract. de Interpret. Sacr. Script. p. 263. *Diaboli, inquit, ante initium seruitutis potestatem puniendi per captiuitatem Iudaeos a Deo nacti, interim etiam Iudaeos idololatrias plus excoecant,*

*Additur  
causa cur  
mali genitii  
angelo Dei  
resistere po-  
tuerint.*

(r) IO. GEORG. DORSCHÉVS Lib. cit. p. 30.

*Et indurant, ut poenitentiam agere nequeant, sed plus in peccatis obducentur.*

## §. II.

Nunc agendum nobis est de eo, cui princeps Persarum restitit, qui, etsi in oraculo nostro non appellatur, ex antecedentibus tamen apparet. Res admodum est perspicua ex Dan. VIII. 18. *Verum cum loqueretur, mecum, (quasi) obsopticus cecidit super facies meas in terram: cum tamen tangeret me, restituit me super stationem meam, & C. IX. 21. Quum, inquam, adhuc ego (essem) loquens in precatione (mea). Vir Gabriel, quem vidi in visione ab initio, volare iussus per volatum (celestem) pertigit ad me, circum tempus oblationis vesperae. Quae verba do-* Ille cui princeps Persarum restitit;

*cent, quod fuerit angelus, cum quod angelus has vices iam bis tenuerit, tum denique, quod illius nomen Gabriel sit. Huius nomen ex C. VIII. 16. confirmatur, vbi vox humana (Filii Dei) inclamans dixit: Gabriel, intelligere fac hunc visionem. Dicimus igitur quod sit angelus Dei, qui coram Deo est, (a) & secundum nominis significationem, angelus fortis; vnus de illis principibus primariis, qui, vt munus a Filio Dei oblatum, expediret, Danieli apparuit. Princeps ille angelus apparet Danieli; seruit atque annunciat ei, preces, ex ardenti animo ad Deum missas, statim exauditas fuisse. Hunc in finem angelum aduenisse testatur C. X. 12. Vbi angelus a Deo missus loquitur: Ne timeto Daniel, quia a die primo, quo dedisti cor tuum ad intelligendum, & ad affligendum te coram Deo tuo, exaudita sunt verba tua: ideo ego (quidem) venissem ad verba tua. LUTHERVS vni deinet Willen. Cum vero oratio Danielis primo statim die a Deo exaudita fuerit, quid est, quod angelus, qui mandata Dei obeundi & hominibus seruiendi cupidissimus est, tam diu remoratus fuerit, & non primo statim die ad Danielelem accesserit? im-*

*pedimento ei neque fuit mandati diuini neglectio, neque contentio Danielis. Prius constat ex superioribus, posterius ex ipsis verbis angelicis, dum angelus apud Danielelem se excusauisse videret, & veram morae causam reuelat, dicens: citius ad te venissem, sed princeps regni Persiae, stetit contra me viginti & vno diebus.* sunt angelus bonus, & quidem Gabriel, vi nominis angelus fortis, vnus e principibus primariis, qui diuinum actum nandatum Danieli apparuit, & tarde quidem venit,

B 2

RVS

(a) Luc. I, 11. *Visus autem est ei (Zachariae) angelus Domini, qui vers. 19. dixit: ego sum Gabriel, qui adsto in conspectu Dei.*

Danielem  
tamen de  
futura Dei  
erga Iudae-  
os gratia  
certiorem  
fecit,

nec solus,  
sed cum an-  
gelis suis  
coniunctim  
diabolo sese  
opposuit,

RVS (b) inquit: *Quod vero non citius responsum attulerit, sed de-  
mum post XXI. dies elapsos adularit, culpam huius morae angelus, non in  
itineris vel longitudinem vel difficultatem, sed in principem regni persici  
transfert, qui sibi tam diu in aula persica restitit. Sed si quaeris, quam  
ob causam re etiam nondum perfecta, angelus, ut Danielem de  
gratia Dei erga Iudaeos interea certiorem faceret, adularit; eum-  
que in illa animi consternatione consolatus fuerit? responsum da-  
bimus, partim, quia a Deo hoc ei non mandatum erat, partim,  
quod Daniel non tam de euentus rei certitudine, quam de libe-  
rationis plenariae ob Iudaeorum peccata diuturna prorogatione,  
sollicitus erat. Numen igitur sapientissimum virum desideriorum  
non solis verbis, sed victoria deportata, felicissimoque euentu si-  
mul in anxietate sua per Gabrielem erigere voluit. Verum vnum  
angelum, nempe Gabrielem, nominamus, & reliquos ei subiectos  
simul intelligimus, qui omnes coniunctis viribus aduersus diabolum  
pugnarunt. Non repetamus, quae diximus de metonymico lo-  
quendi modo, sed hoc adiciamus: sicuti diabolus cum suis angelis  
e regione Gabrielis stetit, ita Gabriel cum suis angelis ad expedi-  
endum mandatum diuinum diabolo se opposuit, uti etiam DANN-  
HAVERVS (c) hunc in modum scribit: *Eu duces exercituum t ne-  
que enim vnus in vno, nec vnus in vnum conferuit: sed (sicut, cum bo-  
die dicuntur acie navali coire Batacus & Anglus, exercitum intel-  
ligimus) totus in vtraque parte exercitus. Et si ita serres non haberet,  
quam ob causam alioquin Spiritus Dei per Dauidem PC XXXIV.  
8. diceret, quod angelus lehouae, seu primarius castrametetur cir-  
ca timentes eius. Castrametari non est vnus angeli, sed prima-  
rii cum angelis suis sibi subiectis. Praeterea dicuntur exercitus  
coelestes Apoc. XIX. 14. *Exercitus autem, qui sunt in coelo. Et  
quum Apoc. XII. 7. Michael dux totius exercitus coelestis prae-  
lium committeret cum dracone & angelis eius, tunc angeli Mi-  
chaelis non erant otiosi, sed Michael & angeli eius praehati sunt cum  
dracone. Quis nunc putat, Gabrielem solum cum principe Per-  
sarum***

(b) SAL. GESNERVS in Danielem Prophetam Disput. X. Membr. IV.  
§. 50.

(c) IO. CONR. DANNHAVERVS in Theol. Conscient. Tom. II. p. 135.



farum dimicauisse? nostra haec sententia haud aduerfatur verbis  
 hisce angelicis v. 21. *Vnd ist keiner, der mir bilfft wieder iene,*  
*denn euer Fürst Michael.* Siquidem ibidem non negatur, an-  
 gelos inferiores ei auxilio fuisse, inprimis cum Zacharias C. I.  
 tempore captiuitatis babilonicae multos viderit angelos, de qui-  
 bus Dominus dicit v. 10. *Hi (sunt) quos misit lehouab ad perambulandum terram,*  
*nempe vt salutem populi iudaici obseruarent.* Si ve-  
 ro multi hoc fecerunt, ergo non solus Gabriel, sed affirmatur,  
 non alium principem ordinis illius primarium a Deo associatum  
 fuisse, qui cum eo illis esset praesidio. Sed haec mittamus, &  
 potius, quis vnicus ille auxiliator fuerit, penitius perquiramus.  
 Quo de auxiliatore Gabriel commemorat, 1) Quod dicatur Mi-  
 chael, 2) quod sit Princeps, 3) quod sit Princeps primariorum  
 primus, 4) quod per illius auxilium victoriam deportauerit.  
 Nunc de singulis seorsim nobis agendum est. De nomine Mi-  
 chael tum ratione deriuationis, tum significationis a nobis actum  
 est in Sect. Exeg. §. II. Obs. 9. item, quod quandoque, vt non-  
 nulli arbitrantur, improprie angelis creatis, sed semper in proprio  
 suo significato nemini, nisi Dei Filio attribuatur. RECHENBER-  
 GIVS (d) hunc in modum scribit: *Potest autem appellatio certe ali-*  
*cui personae competere duobus modis: absolute & comparate. Absolute si-*  
*ue essentialiter Michael appellatur, i. e. aequalis Deo, Filius Dei aeternus,*  
*in quo essentialiter est nomen Dei, vt loquitur Deus ipse Exod. XXIII. 21.*  
*(nomen meum est in eo.) Comparate & accidentaliter ita dicitur, qui dignita-*  
*te aliqua supra alios ad Deum accedit proxime, & vicem eius ad alios fungitur.*  
 De hoc Michael Gabriel pronuntiabat, quod esset Princeps i. e. angelus  
 angelus primarius. Cui hoc nomen מִיכָאֵל & dein מִיכָאֵל הַפְּרִימָרִי  
 competit, videre est Sect. Exeg. Obs. 3, 10. vbi Filius Dei אֱלֹהִים  
 & הַפְּרִימָרִי angelus primarius vocatur. Ille enim non solum vocatur  
 Angelus Zach. III. 3. *Iosua autem, fuit indutus vestibus pollutis, sicque*  
*stabat coram angelo & v. 6. Angelus lehouae. Deinde testificatus est An-*  
*gelus lehouae de Iehosueba dicendo: Angelus foederis Mal. III. 1 Sed*  
 B 3 et-

primarium  
 pugnae so-  
 cium & vi-  
 ctoriae pro-  
 curatorem  
 nactus Mi-  
 chaelem,  
 per quem  
 intelligitur  
 Filius Dei.

angelus  
 primarius,  
 secundum  
 excellenti-  
 am dictus,  
 aliaque  
 praeterea  
 nomina  
 habens,

(d) ADAM. RECHENBERGIVS in Lexic. Reali p. 77. Iisdem vtitur verbis  
 FRANC. IVNIVS Tom. I. Operum. f. 1293, quique a CHR. CHEMNITIO  
 in Dissert. de Michaelis Arch. Angeli cum diabolo de corpore Moïsi cer-  
 tamine, posit. II. citatus reperitur.

etiam Angelus primarius, seu Princeps, quoniam est Princeps vitae Act. III. 15. Princeps pacis Ies. IX. 6. Est Princeps populi iudaici in captiuitate detenti Ezech. XXXVII. 25. item Dan. X. 21. *Non autem (est) ullus, qui confirmet se mecum super his, nisi Michael princeps vester, & Princeps etiam exercitus Dei Ios. V. 14. ubi vir ex aduerso Iosuae stans, dixit: Ego sum princeps exercitus Iebodae.*

primarius  
autem prin-  
ceps merito  
vocandus,  
α) quia in  
S. S. talibus  
passim prae-  
dicatis or-  
natur,  
β) quia  
principum  
primario-  
rum est con-  
ditor,  
γ) quia  
firmum  
tenet prin-  
cipatum,  
hinc con-  
cluditur,  
Michaelem  
esse Filium  
Dei,

Praeterea omni iure appellatur Princeps primarius, & principum primariorum primus. Primum argumentum probatur, quia Dan. XII. 1. appellatur Princeps maximus. Princeps principum, Dan. VIII. 25. & denique caput omnis principatus & potestatis, Col. II. 10. Alterum momentum, quod sit primus principum primariorum, & quidem ratione temporis, probatur inde, quia ipse est conditor principum illorum primariorum, Col. I. 15. *Qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturae, v. 16. supra iam cit. Per eum condita sunt omnia &c. Quod etiam sit primus ratione ordinis, dignitatis atque eminentiae, hoc vnicum satis probat dictum Ephes. I. 20. 21. Et sedere fecit illum in dextra sua, in supracaelestibus. Supra omnem principatum & potestatem & virtutem, & dominationem, & omne nomen, quod nominatur, non tantum in seculo hoc, sed etiam in futuro. Nos itaque ex ore loquimur diuino, quicumque est angelus, imo Princeps, Princeps primarius, primus principum primariorum, & Princeps Israelis, ille est Filius Dei; atqui Michael ita in citatis scripturae locis, & imprimis a Gabriele vocatur in oraculo nostro, ergo hic Michael est Filius Dei. Quae omnia satis superque probant, quod nemo v. 13. nisi Filius Dei per Michaelem intelligendus sit, & dum omnia ex Sacra Scriptura corroborata sunt, fiat, vt vno animo nobiscum sentiant* CARPZOVIUS, (e) POMARIUS, (f) RECHENBERGIUS (g)

WIGAN-

(e) IO. BEN. CARPZOVIUS in Harm. Euangelico-Biblica P. I. p. 530. cui non aduersatur I. H. Bibl. Real-Lexic. P. II. p. 2634.

(f) SAM. POMARIUS in Comment. in Epist. Iudae p. 256.

(g) AD. RECHENBERGIUS in Lib. cit. p. 74. *ego cum IUNIO, inquit, assero, filium Νόϋου Dei, apud Judam, item Dan. X. & XII. & Apoc. XII. intellegi. Nam qui Princeps est exercituum Iebodae, is Princeps quoque angelorum est, Ios. VI.*

WIGANDVS (h) ita dicens: *Est autem ille Michael ipse Filius Dei, dux rum testi- & propugnator suae Ecclesiae.* GEIERVS, (i) GESNERVS, (k) CALOVIUS (l) innuens: *Per Michaelem alii rectius intelligunt Filium Dei, quem unum de principibus primis dici aiunt, quod solus omnibus praeemi- neat, seu Princeps exercitus Domini Ios. V. 14. Neque alii rectius no- men Michael convenit, quis sicut Deus?*

## §. III.

Nihil nunc obstat, quo minus rem, de qua Gabriel sub *Res, de qua Gabriel cum* auspicio angelorum ducis, Filii Dei, cum principe Persarum cer- tauerit,

(h) JO. WIGANDVS in Explicat. Proph. Danielis p. 365. & p. 372. loquitur ita: *et habeo auctorem Michaelem, Principem Israelitici populi, i. e. ipsam Dei Filium.* Huic historiae euenit typus in Apoc. XII. ubi Michael & angeli eius pugnant cum dracone.

(i) MAR. F. GEIERVS in Praelex. Acad. supra Daniele Prop. p. 803. De in 809. haec addit verba: *Expositioni superius productae, de Filio Dei per Michaelem intelligendo, obflare tamen videtur eiusdem Filii Dei praemissa descriptio inde a v. 5. Quod si namque idem ille vir v. 5. seqq. apparet fuisse angeli Gabriels opitulatur, cur non hunc ipsum adstantem virum nuncuparet nomine Michaelem? Cur non dixisset, idem hic vir praesens, quem attonitus conspexisti, opem mihi tulit? verum si constat de re ipsa, neminem scil. Israelis esse Principem inter angelos creatos, sed solum increatum angelum foederis, seu Dei Filium aeternum verbum, merito racemus de verborum usurpatione posituro, qui nobis idoneus alias fuisset visus. Omnino verborum positus idoneus est, aduerbium enim [?] Sect. I. §. II. Obs. 8. digito quasi indicat illum, quem Gabriel nominat. Nam Filius Dei [?] frustra nunquam alicui apparuit, sed semper maximam indicans rem. Hic apparebat vt triumphator supra principem Persiae, ideo Gabriel Danieli dicebat, quod causa suae remotionis esset Diabolus, qui sibi tam vehementer resisterat, vt victoriam prius deportare, quam ille, quem vestibus lineis indutum videret, sibi ad auxiliandum venerit, non potuerit. Vt autem Daniel certo sciret, quis ille sit, vocat eum Deum seu Michaelem, quis est sicut Deus? Quis est sicut hic Deus, quem tu iam conspicias, quique populum suum ex maxima hac anxietate eripit?*

(k) SAL. GESNERVS Lib. cit. Disput. X. membr. IV. §. 84. his nobis applaudi verbis: *Ne ullus dubitationis scrupulus Prophetae inhaereat, ideo haec omnia auspiciis Michaelis Principis & Archiducis ecclesiae conscripsi significat. Qui procul dubio est Filius Dei, caput & defensor ecclesiae, qui & potest & vult populum suum aduersus satanam & antiquum draconem defendere.* Apoc. XII.

(l) ABR. CALOVIUS in Bibl. V. T. Illustr. Tom. II. f. 674.

*principe  
Persarum  
certarit,*

*antegressus  
est Danielis  
luctus,  
nempe de  
impedita  
templi Hie-  
rosolymita-  
ni restaura-  
tione, & Iu-  
daeorum li-  
beratione,*

tauerit, aggrediamur. Gabriel certiore facit Daniele, (a) se propter verba illa, quae quam ardentissime orando pariter ac ieiunando ad Deum fecit, ad docendum eum, venisse. Docet quoque, primo statim precationis die a Deo exaudita fuisse. Primo nempe die illorum, quibus diabolus sibi tam vehementer obstitit.

(b) Isti sunt dies, quibus Daniel tribus septimanis in luctu fuit C. X. 2. Ex his oritur quaestio, quam ob causam Daniel tum luctui adeo indulserit? Causae luctus dubio procul sequentes erant: princeps Persiae i. e. satanas, hostes Iudaeae & Benjamin instigabat, ut Iudaeos impedirent, quo minus templi Hierosolymitani restaurationem, sicuti a Cyro concessum erat, absoluerent, ideoque captiuitati suae plane valedicere possent, & fortassis eum in finem hi nec suntibus parcebant, ut saltem Cyri regis ministri, ad regium de reparando templo mandatum abolendum & Iudaeos egressos in Babyloniam reuocandos, curarent Esr. IV. 1, 2, 5, sqq. Hinc Daniel hoc intelligens, maximo afficiebatur moerore, cum primis, dum Cyrum, per aulicos suos commotum, ancipitem videret. Haec erat causa, quare Daniel anno tertio (c) Cyri dicebat: C. X. 2. 7. *In diebus his ego Daniel sui lugens tribus septimanis dierum: panem desideriorum non comedi, & caro atque vinum non venit ad os meum, & unguendo non unctus sum, usque dum impleverentur tres septimanae dierum.* Verum, cur Daniel non potius vna cum Zorobabele duce & Iosua sacerdote in patriam redierit? absque dubio propterea factum est, inquit POLYC. LYSEVS in commentationibus ecclesiasticis Aul. Persp. 113. *quia ex statione sua, tanquam fidelis consiliarius, missionem impetrare non potuit. Mansit ergo non tam propter se, quam propter populum, & ecclesiam, cui in aula, rebus grauib. & dubiis incidentibus, consilio & auxilio succurrere potuit.* Pugnataque de restitutione

populi

- (a) Dan. X. 12. *Ne timeto Daniel, quia a die primo, quo dedisti cor tuum ad intelligendum, & ad affligendum te coram Deo tuo, exaudita sunt verba tua: ideo ego (quidem) venissem ad verba tua.*
- (b) Dan. X. 13. *Sed princeps regni Persiae stans (sunt) contra me viginti & uno diebus.*
- (c) Dan. X. 1. *In anno tertio Cyri, regis Persarum, verbum reuelatum est Danieli &c.*

populi iudaici ortam esse, statuit etiam SCHROEDERVS, (d) GES-  
 NERVS, (e) CALOVIUS, (f) & alii. FRANZIVS, (g) inquit: *At postquam iam fuit  
 quam tempus miseriae isti diuino consilio destinatum iam effluerat, illico  
 sancti angeli ipsi exoptauerunt liberationem huius populi; ideoque gestie-  
 runt ablegari ad impediendos furores satanae & organorum ipsius, a qui-  
 bus seruitutis babilonicae solutio protraheretur ac impedebatur, idque ex  
 suggestionibus diabolorum, qui in aula tunc temporis occupatissimi erant  
 aduersus Iudaeos. Inde igitur exorti sunt conflictus inter ipsos angelos  
 bonos & malos, qualis describitur Apoc. XII. Quum autem Daniel  
 deuote atque ardentem Deum inuocaret, primo statim die pre-  
 cationis Numen benignissimum angelum suum, qui erat Ga-  
 briel, misit, ut Cyrum ab omnibus in posterum prauis satanae &  
 ministrorum inspirationibus, custodiret, inspirata erueret, & in  
 propenso erga Iudaeos animo conseruaret. Verum enim vero <sup>inueniuntur</sup>  
 quoniam princeps Persarum tam superiores quam infe-  
 riores, tam in Persia quam Hierosolymis (Esr. IV.) iam <sup>ones contra</sup>  
 omnium fere ministrorum animos expugnerat, expugna-  
 tis atque inspiratis plura identidem suggerebat, quiescentes in-  
 stigabat, incommodum, si permitterent, exaggerabat, commo-  
 dum si inhiherent, centies duplicabat, spiritus suos erga Iudae-  
 os incitabat, & Iudaeos apud Deum accusabat, & proinde pro sa-  
 pientia sua mundana quocumque modo collaborabat, ut rebus  
 suis diabolicis eos illaqueare atque in iisdem retinere posset. Hinc  
 plurimi aures malis genis studio praebebant, ad nutum vero san-  
 ctissimum Gabrielis conuertere se nolebant, ex quo maxima Ga-  
 brielis in expediendis negotiis, oriebatur difficultas. RVPERTVS  
 Lib. IX. Cap. VI. de victoria verbi Dei, apud PERERIVM Lib.  
 cit. f. 193. liberationem Iudaeorum his modis impeditam fuisse  
 commemorat: *Primum instigando & inducendo Iudaeos ad grauissima  
 scelera, quo liberatione ex captiuitate apud Deum indigniores efficiuntur,*  
 C tum*

- (d) IO. SCHROEDERVS. In Dan. Referat. P. I. p. 487. scribit: *Denn es  
 triff an die Erledigung des jüdischen Volcks aus ihre siebentzig iährigen Ge-  
 fängniß, und die Inthronation oder wieder Aufbauung des Tempels zu Jerusalem.*  
 (e) SAL. GESNERVS in Dan. Disp. X. membr. IV.  
 (f) ABR. CALOVIUS in Bibl. V. T. Illustr. tom. II. f. 673.  
 (g) WOLFFG. FRANZIVS in Tract. de interpretatione S. Script. p. 263.

tum dissuadendo Iudaeis reditum in patriam: exaggerandis bonis, quae in captiuitate certe possidebant, & amplificandis malis atque incommodis, quae in reditu perpeffuri erant: contra vero, minuendis bonis, quae ex reditu in patriam sperare poterant: adhos alienando animum Cyri, regis, a Iudaeis, ut reuērsis in Iudaeam minime faueret: & eos, qui apud ipsum remanserant nullo modo dimitteret, suadens id maiorem in modum incolumitati, tranquillitati, securitati & diuturnitati imperii sui expedire, praeterea grauissimam coram Deo Iudaeorum accusationem offerebat. Quando autem modum resistendi, quo angeli boni machinationibus diabolicis, genii vero mali consiliis salutaribus atque diuinis, obstitere, perquirimus, nobis fere respondendum est ex WIGANDO l. c. hunc in modum: *An fiat id disputando, an vero alia occulta vi, nemo nostrum explicare potest. Quod ad modum geniorum malorum accusandi attinger, illum perspicimus ex Lib. Iobi C. I. & II. ubi, cum filii Dei se coram Iehovah sifterent, diabolus similiter inter eos venit, & quicquid ad Iobi perniciem pertinebat, edixit. Pari modo diabolus, qui princeps vocatur Persiae, cum Iudaeis egisse, non dubitamus. RVPERTVS apud PERRERIUM l. c. inquit: Malus pugnat accusando, bonus defendendo. In quantum est magna & vera accusatio mali angeli, in tantum est tarda & inualida defensio boni. WEIHENMAYERVS (h) existimat, angelos bonos & malos violento aliquo modo, inter se dimicasse, sed sufficientes rationes, quae ad probandum requiruntur, adhuc desideramus. Certius quidem nos definire possumus locum, quo praelium a nobis descriptum, inter hos*

*Vbi pugna  
fit facta.*

(h) IO. HENR. WEIHENMAYERVS in der geistl. Fest-Posaune p. 1401, ita loquitur: *Gute und böse Engel können allerhand Werke verrichten. Gute und böse können sich auch also in ihren Verrichtungen hindern. Ein Teuffel kan den andern austreiben Luc. XI. 7. Also kan auch ein guter Engel einen bösen austreiben. Also wenn der Ertz-Engel Michael mit den Teuffel gezancke über den Leichnam Moysis Iud. v. 9. ob nemlich dessen Grab solle verborgen bleiben oder offenbahret werden. Wenn dorten der Engel Raphael den Asnodi gefangen genommen, ihn gebunden, und ferne in die Aegyptischen Wüsten geführet, wer wolte nicht glauben, daß da etwas würcklich vorgegangen? Tob. VIII. 3. Hier bestund es nicht in Eingeben -- also auch allhier ist wohl zu glauben, daß dieser Streit des Engels Gabriels und Michaels mit den Fürsten in Persen-Land als einen gewaltigen und mächtigen Hoff-Teuffel etwas würckliches in sich gefasset und begriffen, daß würcklich einer dem andern widerstanden. Cui additus est I. H. in Bibl. Real-Lexico. Sect. II. p. 2634.*

commiffum est, nempe in Persia, seu Ecclesia iudaica & in campo, vt RVPERTVS a PERERIO. f. 193. citatus loquitur, *in confli-  
ctu iudicii, ipfo spectatore ac iudice Deo.* In Persia contra, Iudaeos exci-  
tabat ministros suos, coram Deo accusabat Iudaeos ob commissa  
peccata. His consideratis, non deerit, qui mirabitur, quod pu-  
gna, iudice etiam Deo, tam diu durauerit, *sed desinet mirari, dico*  
cum DANNHAVERO, (i) *qui expendet daemonis non maiores vires*  
*sed infelicem felicitatem in mouendis cordibus humanis semper in malum*  
*pronioribus.* Ita se res habet, nam Gabriel cum omnibus suis an-  
gelis, quamuis omni modo & ratione salutem Iudaeorum procu-  
rare studebat, rem eo nondum apud Cyrum perduxerat, vt libe-  
re, Iudaeos templum aedificare ac reliquos in patriam migrare,  
pateretur. Ministri enim aulici, a principe Persarum moti, in au-  
rem regis quotidie insufurrabant, vt Cyrus, qui iam iam primo  
imperii sui anno instinctu diuino atque persuasu Gabrielis (k) ma-  
gnam populi partem dimiserat nunc anceps haereret, donec Michael  
defensor Ecclesiae suae Gabrieli in auxilium veniret. Quod auxili-  
um partim orando partim increpando Michaelem atulisse, arbitra-  
mur. Michael, qui vnicus est propugnator fidelium, preces sanctissi-  
mas semper pro suorum salute ad Patrem suum coelestem fundit,  
cuius preces pro Israelitarum e captiuitate liberatione factae, nobis  
non ignotae sunt. Nam orantem audimus: *Iehovah Zebaoth, quo*  
*vsque (ergo) tu non misereberis Hierosolymae, & urbium Iehudae, quibus*  
*indignatus es hos septuaginta annos? Zach. I. 12.* Quem porro fugit,  
Filium Dei etiam increpando Ecclesiae suae Israeliticae auxilio fuit-  
se? Quum discipuli Christi Matth. VIII. 26. in nauigio essent atque  
magna in mari oriretur tempestas, obiurgabat Christus ventos &  
mare, & fiebat tranquillitas magna. Haud aliter Michael legit cum  
satanas, seu principe Persarum, similiter dicens: *Huc vsque venies, &*  
*non addes, & hic ponet in elatione fluctuum tuorum Iob. XXXIIX. 11.* Nam  
cum satanas, Iosiam sacerdotem maximum, quem Michael anno  
imperii primo regis Cyri, e captiuitate deduxerat, coram Deo, vt re-  
stau-

*Gabrieli  
pugnanti  
auxilium  
tulit Mi-  
chael h. e.  
Filius Dei,  
idque par-  
tim orando  
partim in-  
crepando,*

C 2

(i) IO. CONR. DANNHAVERVS in Theol. conscient. p. 137.  
(k) Confer. loc. iam citata Est. IV. 1. seqq. & Dan. XI. 1.

*Hinc Gabriel victoriam reportavit,*

*cujus insigne fuit effectus*

*& Gabriel victor remansit apud regem Persarum,*

*qui fuit Cyrus,*

restauratio templi impediretur, accusaret, Filius Dei, audita accusatione satanam increpabat, dicens: *Increpet te Iehovah, o Satan: increpet, inquam, te, Iehovah, eligens Hierosolimam Zach. III, 2.* Satana per omnipotentis Dei verbum sic increpato, tota eius armatura, in qua confidebat, oblata erat, & Gabriel, ita adiuuante Michael, victor ibidem relinquebatur. Quamprimum Michael satanam cum angelis suis prostrauerat, non maiorem Gabriel cum angelis suis adhibebat potentiam, sed rex Cyrus, cadente cacodaemone, & cadentibus cum eo simul ministrorum consiliis, facilis angelorum bonorum inspirationes agnoscere atque secundum easdem agere poterat. Quare Iudaeos in terram Canaan reuersos neque reuocabat, neque templi restorationem prohibebat neque reliquos in captiuitate Iudaeos vterius detinere decernebat. Qua victoria impetrata, apparebat Gabriel, eamque simul Danieli annuntiabat: *Vnd siehe Michael der vornehmsten Fürsten einer kam mir zu Hülffe, da behielt ich den Sieg bey den Königen in Persen.* Quis autem ille rex Persarum, apud quem Gabriel relictus est, interpretes, adhuc explorant, & res apud eos versatur in disceptatione. Nos supra Sect. I. §. II. Obs. vi. diximus, quod Cyrus aliique regnantes מלכי פרס reges Persiae vocentur, non vero cacodaemon, qui in oraculo nostro dicebatur שר פרס princeps Persiae. Textus noster non singulari, sed plurali vtitur numero, quoniam, cum temporis in eo erat, vt Cyrus aduersus scythas in bellum proficisceretur, & Cambysi, Cyri filio, fasces imperii traderentur. Sic minime eriam seponimus Ahafuerum seu Darium regem Cambysem subsequenter, cui Deus angelos suos associauit, vt animum illius ad Iudaeos flecteret propitium, sub cuius tandem imperio templum restauratum est. (1) Nostram sententiam, quod sub rege Persarum non angelus intelligendus sit, sed homo, praeter caeteros confirmant GEIERVS, (m) & HVNNIVS, (n) RVP-

(1) Est. IV. 24. Cap. V. & VI. 1. seqq.

(m) MART. GEIERVS in Praelect. Acad. Sup. Prophet. Dan. p. 806.

(n) AEG. HVNNIVS Conc. II. in C. Dan. X. p. 407. Quoniam magnus ille Theologus si non in omnibus, in pluribus tamen nobiscum facit, in sine huius sectionis apponimus illius verba, ex quibus simul patet,



PERTVS I. C. notandum est, inquit, Gabrielem dixisse, quia remansit non iuxta principem Persarum, sed iuxta Regem Persarum. Rex namque Persarum homo erat, scil. Darius, vel Cyrus, iuxta quem bonum angelum remanere oportebat, quia captiuorum causa hoc exigebat: princeps autem Persarum angelus malus erat, iuxta quem non remanere, sed

quis sit princeps Persiae, quomodo seu per quem Gabrieli tam vehementer resisterit, quae etiam sit res seu punctum contentions & ita porro. Cuius verba sunt: Es redet hier der Engel von einem wunderlichen Streit und Kampff, welchen er wieder den Fürsten des persischen Reichs habe führen müssen. Wer ist denn derselbe Fürst des König-Reichs in Persen-Land? Er weiset hier nicht den Kayser Cyrum, welcher damals der Monarch über Persien war, dann derselbe nicht wieder den Engel gestritten, noch das Volk züben zulassen sich verweigert, sondern er verstohet den Hoff-Teuffel, welcher auf das Reich der Persen bestellt und bescheiden war. Denn die Teuffel wie sie vnter sich selber eins und den andern nicht zuwider sind (wie konnte sonst ihr Reich bestehen, Luc. XI.) also halteu sie vnter sich die Ordnung, daß sonderlich an grosser Herren Hoffe etliche aufwarten und dahin arbeiten, daß viel Greuel, Sünde, Verführung, Ungerechtigkeite, und alles Vbel gestiftet, allermeist aber wieder Gottes Volk blutdürstige Anschläge fingenommen und befördert werden. Also dieweil dem leidigen Teuffel und seinem Reich viel daran gelegen war, daß er das Königreich der Persen auf seiner Seiten hatte, allerley wieder daß gefangene iüdische Volk zuerregen, ward hierzu ein starcker mächtiger Teuffel (wie denn einer Starcker und ärger ist denn der ander) bestellt, der Stübl und Bancke einwerffen und weidlich wehren sollte, daß in dem Volcke Gottes nicht nach seinem Wunsch gieng. Will derowegen der Engel so viel mit diesen Worten zuversetzen geben: daß der König Cyrus dein Volk hat heimziehen lassen, ist solches (lieber Daniel) nicht ohne sonderlichen harten Streit und Kampff zugegangen, dann über derselben Sache XXI. Tage an persischen Hoff zwischen den König und seinen Rathen disputiret worden, und ich zwar hatte die Abwendung des Gefangnißs gern befördert, und wandte allen möglichen Fleiß an, auf daß der König Cyrus der für sich selbst nicht ungeneigt war das Volk ihres Gefangnißs zu erledigen, nit von seinen Rathen, Fürsten und gewaltigen auf eine andere Meynung gebracht wurde, die Rathen hielten hart und wollten dem König aberreden, er sollte die Läden nicht laß lassen, darzu beredete sie der Hoff-Teuffel der ihnen solches einbe, der widerstand auch mir aus allen seinen Kræfftten, ward über die massen geschaffigt und lies nicht, unversucht, also daß ich seine geschwinde List und Eingeben nicht allerdings zu rück treiben, noch ihm obliegen kunte, bis Gott mir noch einen mächtigen Fürsten aus dem himmlischen Heer, nemlich den Ertz-Engel Michael zuschickte, durch welches Hülffe und Beystand ich den Sieg behalten habe bey dem König, derselben Fürsten und Rathen, daß endlich dahin geschlossen, man sollte das Volk frey und ungehindert heimziehen lassen.


sed aduersus quem bonum angelum praefari decebat. Relictus itaque est Gabriel apud regem Cyrum, tanquam victor, qui fugato hoste, iuxta trophaeum in campo positum, remanere solet. Non re-  
 fellunt sententiam nostram verba, quae v. 20. C. X. Danielis legun-  
 tur: *Jetzt will ich wieder hin vnd mit dem Fürsten in Persen-  
 Land streiten.* Certum & extra omnem controuersiam positum  
 est, Gabrielem remansisse victorem, reuersus autem ille angelus  
 est, vt oppugnaret Diabolum, Cyrum ad bellum Scythis inferen-  
 dum, incitantem, vt, illo absente, Cambyfes, qui mandata patris pa-  
 rum curabat, imperium teneret. Hinc reditus eius maxime  
 fuit necessarius, vt contra principem Persiae, nouas tur-  
 bas agitantem, pugnaret. *Denn als Cyrus, loquitur MEIS-  
 NERS loc. cit. p. 398. ausgezogen wieder die Tartern oder Scythen  
 und Cambyfs als Sohne unterdeß das Regiment anbefohlen, so retractir-  
 te er wegen des herrn Vatern Abwesenheit über etliche hundert Meilen das  
 Decret vom Wiederbau Stadt und Tempels.* Ex his videmus, ange-  
 lum non ad praelium continuandum, vt nonnulli putant, sed  
 nouum inchoandum, reuertisse. Nam postquam primum praefi-  
 lium, rege Cyro, confectum erat, nouum sub imperio Camby-  
 fis contra diabolum, Cambyfen aduersus Iudaeos  
 instigantem, inchoabat.


TANTVM.

quo absen-  
 te nouae  
 extiterunt  
 turbae,  
 propter  
 quas in  
 Persiam  
 Gabriel re-  
 uertit,

nouam ibi  
 pugnam in-  
 choaturus.







94 A 7376

ULB Halle

3

003 263 55X



Reho

VO 77

Mi. 50.







4. 28 31  
Q. D. B. V.  
DISPUTATIO THEOLOGICA

DE  
**PRINCIPE  
PERSARVM**

GABRIELI RESISTENTE,  
OCCASIONE ORACVLI DAN. CAP. X, 13.  
QVAM

PRAESIDE  
**GEORGIO FRIDERICO  
SCHROEERO,**

THEOL. DOCT. EIVSD. PROF. PVBL. ORD.  
ET ALVMNORVM REGIO-ELECTORALIVM  
EPHORO,

*DOMINO PRAECEPTORE OMNI ANIMI CVLTV  
DEVENERANDO,*

POTESTATEM THEOLOGIAM PRIVATIM  
DOCENDI IMPETRATVRVS,  
CVM ERVDITIS COMMVNICARE  
VOLVIT

*AVTOR - RESPONDENS*  
**JO. DANIEL TREMPENAV,**  
ARTIVM LIBERALIVM MAGISTER,  
VITEMB. D. XXIV. MART. MDCCXXIX.

---

*VITEMBERGAE*  
LITTERIS GAEBERDTIAE VIDVAE.

